

Msc. Dresd.

R. 70.

R. 70.

7

1) 6. 7
ELOGIUM

HISTORICUM

DUCIS

BURGUNDIAE

et Gallica latina lingua

redditum, a

MELCHISEL JEAN O

SEAX. P.

Anno MDCCCLXXIV.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to fading and the texture of the paper. It appears to be organized into several lines or paragraphs, but the specific words and numbers cannot be discerned.

2

Serenissimo Saxoniae Electori
Maximilianus frater.

Libellum hunc tibi offerre non dubitavi, sicut
esse vides brevem atque pusillum. Gratus
ille tibi esse debet, cum vitam consobrini nostri
ac illarum virtutum, quae tibi adeo in amori-
bus sunt, narrationem contineat. Equidem
Adolescentuli vitam hic scriptam leges, sed
quae cuilibet Principi exemplo esse posset.
Hoc me permovit, ut latinitatis meae rudimen-
ta hac versione exercerem, et sic eadem fi-
delia, ut ajunt, duos muros dealbarem.
Dum hac traductione me occuparem, Galliae
Principis virtutes memoria impressi: magnam
certe apud te inibo gratiam, si, ut faciam, eius
opere quoque exerceam.

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely German, covering the majority of the page.]

1

Elogium Historicum Ducis Burgundiae.

Non semper in Historia longa vita
morum precepta quaerenda sunt. Dies
abbreviati ante tempus magna saepe
exempla offerunt. Ludovici Josephi
Xaverii Burgundiae Ducis brevis vita
nos hoc docet.

Hic Princeps ortus est Versaliis decimo
tertio Septembris Anno MDCCCLI. Natus
maximus Principis Delphini, et Mariae
Josephae e domo Saxonica. A caelo accepe-
rat animum formatum ad omnes vir-
tutes, quae mox se explicaverunt, ita qui-
dem, ut forte in hujus aetatis adolescen-
tulo nullum exemplum habeatur.

Mature se totum agnovit. Puer ad re-
gnandum natus, facile in se latentem

dignitatem coniicit.

Objecta, quae circumdant, sermones, imo silentium, omnia ipsum reverentur, ac suspiciunt. Nihil praeter sceptra videt, et solum adulatorum audit. Haec cognitio etatem prevertens in indole aspera et feroci periculo plena esse posset, sed evadit utilis in facili et liberali, quae potestatem supremam tanquam solum felicitatis publicae instrumentum considerat. Eius infantiae cura Comitissae de Marsan comissa fuit. Illic Princeps in manus nobiliores, vel ad ejus primos gressus in via virtutis dirigendos aptiores incidere non poterat. Quamprimum prima doctrina precepta intelligendi capax fuit, quae maxime interest ipsi inculcata sunt. Ante omnia Dei timorem vitae humanae basim ipsiusque regiae potestatis et

auctoritatis sustentaculum didicit.
 Literarum principia addiscenda haec tria
 verba, pietatem, bonitatem, justitiam con-
 tinere deberent. Haec sunt prima elementa
 quae Bossueto teste tamdiu ipsi repetenda
 sunt, donec ejus memoria cum toto nexu,
 quem inter se habent imprimantur.
 Haec principia Burgundio Duci instillata
 sunt. Haec eximia virtutes, regiae dignitatis
 basis, reverentia erga religionem, aequitas,
 boni publici amor in qualibet lectione
 locum occupabant. Multi intrest ipsa
 puerorum animi oblectamenta ad utilitatem
 traducere. Eo facilius erat crepundia in
 adolescentuli Principis commodum con-
 vertere, quo minus se pueriliter gerebat,
 vel ut puer tractari volebat. Etsi nec-
 dum sex annos numeraret ipsum ut
 Principem mature aetatis reverebantur.

Nullum tenere aetatis indicium nisi staturam
orisque lineamenta habebat. Quodam di-
gnitas quae ex totius corporis, agendique
ratione tralucebat, aestimationis, et reve-
rentiae, longe diversa ab ea, quam ejus
familiae, ordinisque dignitas postulabat,
ipsum dignum faciebat. Sex annos natus
mulierum cura subtractus, Duci, quae Vogt-
jonio educandus commissus fuit. Hujus,
reliquorumque Praeceptorum prima cura
fuit ejus indolem sedulo observare.

Intellectum perspicacem, et sanam vim
intelligendi, quae superabat aetatem, for-
tem, ac sublimem animum, ingenium ad
ferocitatem, et contumaciam propensum
notaverunt. Haec affectionum societas
indolem ejus propriam, ac peculiarem
componebat quae ex omnibus ipsius factis,
sermonibusque apparebat.

5

Ipso discendi initio invito animo lingua latina
studuit. Sed maturioris erat iudicium, quam
ut non illius lingua commodum intellige-
ret, quae tot eximiorum operum mater
est, illius lingua, quae est omnium tem-
porum, omnium nationum, et tam in
amoribus summo Principi cui vitam debebat
Historia studiosus erat. Praeceptoris solliciti
erant omnia, quae magna sunt inter homines
et filium universarum mundi rerum conser-
vandi. Poesis in eo aestimatorem, et protecto-
rem habuisset. Vera nempe, et suprema
Poesis, quae sola a Sapientibus, et Principibus
aestimatur. Poesis sacra, et Homeri, Virgilii,
Ovidii, Horatii &c. Sed suprema virtus quam
habebat erat se ipsum vincere.
Ejus indoles subinde in eo impatientia motu
excitabat, qui motus in quolibet alio in iram
degenerassent. Id ipse sentiebat; Et ejus

catio semper agens, et semper vigilans
impelum prevertebat. Nec facilis Victoria
erat; inter hos motus ejus vultus sudore
madere visus fuit. Natura difficulter
vincitur. Sed tamen hæc omnium pulcher-
rime Victoria est. Adulationem, aularum
pestem, qua tot principum ruina fuit,
odio prosequabatur, et spernebat. Aliquan-
do quidam eum laudibus cumulavit, quæ
adulationi erant. Domine ei dixit tu
mihi adularis, et non amo adulationem.
Sub vesperum, dum iacet cubitum, Preceptorem
monuit. Illic Dominus mihi adulatur,
"observa ipsum." Via securior ejus estima-
tionem acquirendi erat eum moribus in-
struere, et errantem corrigere. Invenire
est pueros male indolis sensus vindictæ
adversus Preceptores austeros conservantes.
Est signum mali animi, et mali animi.

non sunt cari. Vigilantia et severitas
 hunc Principem longe aliter movebat.
 Dux Vogijonius interrogaverat eum,
 quem ex tribus suis, famulis præter
 alios amaret, ille est, respondit, quia
 corripiebat me in infantia mea, Et quia
 referebat, quæ faciebam male ut me
 corrigerent.

Juvenis quidam Dominus, qui erat ab
 illius obsequiis, non opponebat se ejus
 animi impetibus. Dux Burgundia
 iratus illum adeo aversabatur, ut illi
 non amplius loqueretur, non obstante
 naturali erga ipsum inclinatione.

Animo suo imperandi, eumque in potestate
 habendi, consuetudine contracta,
 ut alii idem imperium in se haberent
 volebat. Unus ex Principibus, fratribus

cum inferior esset, lusu, dolorem abscondere
non poterat: semotis arbitris eum repre-
hendit, sed ea gravitate, cui jus erat con-
silia imperandi.

Detractionem summopere aversabatur.

Quidam ipso presente, viri sanguinis no-
bilitate illustris, famam verbis laedebat,
illum ad se vocatum sic allocutus est.

"Non parum mihi displicet quod tu lo-

quaris ista coram me; ne redi amplius."

Nunquam aliquem contempsit, neminem

jocis acerbis accepit. Ejus moderatio hac

in re Principibus exemplo esse potest.

Naturales defectus miserationem in eo

excitabant: dum plerique hominum tan-

dum sunt, ut eis cavillentur. Alienos

errores ne jocos quidem excipere volebat.

Erat in illo hilaritas sine irrisione,

comitas sine familiaritate, secretum sine

disimulatione, jucundus et moderatus in
 societate, alios aestimatione, gratitudine,
 et amicitia prosequabatur. Ut in aliis
 ingenuitatem amabat, sic summum ani-
 mi candorem praeserebat. Nunc nullum
 unquam mendacium proferebat, ne cura
 quidem ipsi erat, ut defectus suos excusare
 vel tegeret; eos quadam nobili simplicitate
 fatebatur, et, quod est rarum exemplum
 in hujus ordinis puero, eos reliquis abscon-
 di ipsi adulandi vel levem pudorem amo-
 vendi causa notebat.

Omni caritate pauperes prosequabatur,
 cum primum marsupium ei oblatum est,
 quod pecuniam ad ejus oblectatiunculas
 a Rege destinatum continebat, pauperibus
 dimidium reservavit. Virtutibus tam
 nobilibus, et jam in puero evolutis orna-
 mentum, et perfectionem Religio addebat

Hic Princeps natura pro Religione for-
matus erat. Tam via cognitam amavit,
utilitatem sentit ac ad unquam illius
leges implevit. Hoc est heroice virtutis
fundamentum. Adulescens Princeps pro
divinorum preceptorum, legumque Ecce-
siae observantia sese declaravit. Aliquis
ipso narravit, se se vidisse opus servile
exerceri in domo e regione aulae. Erat
dies festus. Excaudit. » Oh res horrore ple-
na! » exclamavit. » Vestigio Regem accedo,
» querelam ipso expositurus. » Via impediri
potuit: sed male actum est, dum a proposito
abstinere coactus fuit. Quodam die festo
ambulabat assidens in sella ductili ad
hoc destinata, e peculiari regione adium
egrediens, quemdam e Mercatorem intuitus
est, qui ad superiorem scalae gradum te-
nues, et omnis generis merces venales exposu-
erat.

Tellam sisti iussit: uni e nobilibus viris
 qui a servitio erat ad se vocato ait: „hoc
 „prohibet Ecclesia. Meo nomine cura conve
 „nsari merces te presente, ut ego rediens ea
 „non amplius videam.“

Ejus orandi et sacrum Missae auscultandi
 modus omnibus exemplo erat. Verbi Divini
 in sacra scriptura contenti intima ejus
 cordis penetrabat. Singulis diebus unum
 Evangelii caput ipsi praelegebatur.

Summa attentione auscultabat et lectione
 finita sacrum librum reverenter osculaba
 tur.

Ejus animi puritas Religionis principis,
 qua ipsum penitus occupabant, respondebat
 Castitatis sigillum ejus cordi, ut ita dicam
 impressum erat. Haec virtus in ipso tam
 perfecta erat, ut cum ipsi quaedam Histo
 ria de inordinato amore agens praelegeretur

diceret: » omitte hoc: non decet audire. »

Quadam die, cum perlustraret, una cum
Domino de Limoges Bibliam imaginibus
impressis ornata in quamdam imaginem
minus caste, quam optaret, vestitam in-
cidit: » Subtrahere hanc imaginem oculis
» meis. » Pontifici ait, non est satis castigata.
Ad amissum, vel minima capita, quae con-
scientiam et Religionem concernebant, ob-
servabat. Perfectio Christiana omnia com-
plectitur: nihil que negligit. Aliqua pieta-
tis exercitia hominibus voluptatibus deditis
parvi momenti esse videntur, quae tamen
Deo summi pretii sunt. Dum morbo op-
primebatur, quodam vespere a deo viribus
exhaustus, ac debilitatus erat, ut via se
movere posset, ac finitis precibus manus
sinistra, qua sola eo momento temporis
uti poterat, signum crucis formaret.

Ad Ducem Vogijonium conversus ecce ait
 quam piger sum: quod tamen non convenit.
 Ac repente, et non sine doloris sensu manu
 dexteram liberavit, ut se iterum salutis
 signo muniret. Cum pietatis exercitia ordi-
 nate perageret, cumque, sacris libris & Magis-
 tris, mollitiem aequae, ac quidquid sensibus
 blanditur execrari didicisset, nihil habebat
 antiquius, quam ut ad aspiciem sanctitatis
 eluctaretur, et nova incrementa in ea quotidi-
 capiebat. Tempus fallendi causa semel qua-
 rebat, quinam cibi ipsi ad prandium appo-
 nendi essent, et repente sermonem interrup-
 pens „videor ego (ait) evadere vere gulosus:
 „En satis materia pro Patre Desmarez qua-
 „ primum conveniemus.” Tot virtutes Regales
 ac Christianae tanta intellectus atque ingenii
 vis tot rerum cognitiones a latem praevertente
 aula admirationi ac deliciis erant.

Haec felicitas non longo tempore concessa
est. Valetudo Principis debilitata omnium
animos statim terrore commovit. Natura
eum sanum, ac vegetum formaverat. Sed
ejus corporis constitutio in temperie quadam
minime praevisa, cujus causa nos plerum-
que laet, vitiata erat.

Dexterum Principis femur tumore gravi
affectum est. Celeberrimorum e Medicorum
et Chirurgorum consilium petitum fuit, qui
morbi causam ad examen vocaverunt.

Sed veri morbi causam veram invenire
non poterant. Numquam clarius medentium
ardor, ac artis impotentia erituit. Omnium
opinio erat, necessario tumorem sine mora
incidendum esse. Moderator medicorum
sententiam ipsi exposuit, quae eum nec
commovit nec terruit. Oblatum ei fuit
Divi Pauli os sacrum affirmando, hunc

cœlitem tam præclaræ sanctitatis dolorum
 levamen, quin sanitatem a Deo obtinere
 posse. Id manibus acceptum summa reve-
 rentia oscutatus est.

«Ita, ait credo, quippe sacra litteræ narrant,
 «strophiola, et lintamina ejus corpori apli-
 cata sanitatem agrotantibus restituisse.»

Instrumenta ad operationem servitura vi-
 dere voluit, qua diu consideravit tractavit

nullo modo commotus, securoque animo se

medicorum manibus submit. Sectio levior

ac dolore plena fuit. Quippe fere in tota

coxa plaga fuit ad tres digitos alta.

Bis solum clamorem dolor ipsi expressit,

postea sine querela cruciatus tulit, donec

incisio finita fuit. Quæ feliciter suc-
 cessisset si principis salus in humana

industria potestate fuisset. Via obligato

vulnere ac reassumpta frontis serenitate

ipsi innata se habitu assidentis in lectum collocavit, similis illi, qui levi incommodo affectus esset. Supremus e Moderator quanto cius nuntium de operatione feliciter peracta parentibus attulit, qui lætitia gestientes in amplexus tam chari, et augusti filii, quem superi eorum amori, et nostris votis concedere videbantur advolarunt. Ipe de ejus valetudine concepta, præ lætitia lacrimati sunt. Digni, qui non nisi ejusmodi lacrimas effunderent. Brevi filium integrae sanitati restituendum esse, pollicebantur sibi. Ipsemet penitus convalescere sibi blandiebatur. Hic animi sensus ad ordinarios labores, ac negotia redeundi desiderio ipsum accendebat. Eo tempore, quo vim morbi non sentiebat hanc schedulam notatam dignam ad suum parentem misit: » melius habere incipio; ad

„pristinam meam studiam redeundi facultatem
 „rogo, nam valde timeo, ne, quae didici, obliviscar,
 „et instrui vehementer cupio.“

Principis pietas erga parentes suos verbis ex-
 plicari non potest. Unicum patris sui verbum
 alta voce, vel asperius solito prolatum eum
 adeo commovebat, ut non teneret lacrimas.

„Domine Moderator,“ (junctis manibus,
 erectisque in caelum oculis exclamabat)
 „modo non sim fastidio meo dilecto parenti,
 „modo non offendatur: nihil omittam quod
 „ipse desiderare possit.“ Interea morbus
 clam ingravescens pedetentim Principem
 in vitae periculum induxit. Per tres conti-
 nuos menses medicamentorum inefficaciam
 et videbat, et sentiebat; ac semel medicos
 admonuit affirmans, nullum valetudinis
 recuperandae spem esse, nisi supremus
 medicus propitius esset.

Pontificis Lemovicensis periculum cognoscentis unica cura fuit, ipsum omnibus auxiliis munire, quae Ecclesia suis filiis offert, ut eos extremo vitae tempore omni macula purgatos caelo transmittat.

Quam preclarum pietatis, et Religionis exemplum aula, et civitati datum fuit.

Etsi hoc saeculo Philosophico, quo vivimus totum hominem cum corpore interire

falsa opinio sit, Numquam tamen mors

adeo horrore plena apparuit nec tam

sedulo morientium oculis absconditur.

Cum non possit arceri, saltem ejus adventus

artificiose dissimulatur, qui blanditiis,

ac gratiis plenus, vel ipsis senibus repre-

sentatur.

Quod in Lemovicensi Pontifice
vidimus cum manu prehensum ut alloquatur
Domini moderator vitam meam in toto
seculum Praeceptorum Codem Praeceptorum

Hic vero apparatus lugubris ante oculos ponitur
 Principis novem annos nati, ac necdum ad extre-
 ma redacti.

Sed Præsul prima Ecclesie vestigiis insistens
 tristem hanc scenam, ac pro Principe digno
 Sancti Ludovici pronepote mature instituere
 minime dubitat, ut ejus animum ad geminum
 Sacrificium vite, ac fluxi regni efficacius
 prepararet. Præsul capitulum decimum
 octavum, quod de Domini nostri doctoribus
 agit, ei legendum obtulit.

Cum pervenit ad versiculum trigesimum sextum
 ubi sequuntur hæc verba: meum Regnum
 non est de hoc mundo, Lemovicensis ea liber-
 tate, et fervore, quo Jesu Christi ministrum
 decet eum monuit, hunc locum ad ipsum
 spectare, quem sibi applicare deberet, ibique
 contineri supremi Dei de ejus fato senten-
 tiam pronuntiantis voluntatem, nullum in

terra Regnum ab ipso quaerendum esse,
in alterius manus sceptrum transferendum,
ac caelestis solum imperii cogitationibus
ejus mentem occupare debere.

Hic sermo aliquam perturbationem in ipso
excitavit, non dolorem, aut abjectionem ani-
mi: sed vitae amor, et regii diadematis cu-
piditas diverso modo eum afficiebat.

Nam etsi hi duo affectus tam arcto neau
inter se conjunctis sint, ut uni servire
non possimus, quin obsequamur et alteri;
eos tamen nobili quodam sensu, cujus Princi-
pem capacem fuisse, facile intelligimus, ab
invicem sejungebat.

Vitae amore non tenebatur, nam Princeps
mortem non timet; Christi vero affecta eam
desiderat. Ut non sine dolore a Regia
corona avellebatur, quod sui ipsius intima
cognitio eum ignorare non permittebat,

quas vires ad benemerendum aliquando de
 Republica natus esset si dignitatis regiae
 partes impleret. Sed haec reliquia erant emouentia
 amoris proprii cuius plena Victoria solis
 caelesti gratia reservata est.

Hac Princeps adjutus pugnauit, vicit.

» Statutum est, (exclamavit) quoniam sic imperas

» o mi Deus, ego me voluntati tuae libenter

» submitto; meum regnum non est de hoc mundo»

ac postea mentem a rebus humanis penitus auertit.

Pura fide, ac ardenti caritate incensus, et supremam

fiduciam plenam ad accipiendam primam sacramentum

sinaxim cogitationes omnes conuertit, ad quas

se feruenter preparauit.

Sequenti die sub Sacrificio Missae in

ejus cubiculo celebrato Sancto altari Sa-

cramento animum refecit, ea mentis collectione

reuerentia, ac Religione, quae exemplo, ac

instructioni, vel feruentissimis Christi seruis

esse poterat. Post hoc preclarum facinus
deterius valere coepit. Febris ingravescebat,
tussis violenta, ac fere continua ad reliquos
dolores accessit. Eius patientia semper sibi cons-
tans cum dolore crescere videbatur. Valetudinem
postulans divina voluntati se totum committebat,
» Oh Deus (exclamabat) libera me ab hoc morbo,
» si est voluntas tua, sed solum ad tuam gloriam.»
Has preces singulis diebus mane, et vesperi reno-
vabat, erectis manibus ac defixis in Coelum oculis
ea efficacia, quae ipsi peculiaris erat. Quando
immoderatus dolor ei gemitus exprimebat, gran-
dis ipsius animae fragilitati humanae, quae in
naturae potestate non est indignabatur. Dum
seipsum indigne ferebat, sollicite tamen ca-
vebat, ne vel specie impatientiae, aut moroso
ingenio iis molestus esset, qui ipsi a serviciis
erant.

Contrario non cessabat, eo tempore significare,

quam equi, bonique eorum curas consuleret.

» Acerbis doloribus crucior (ipsis agebat) sed perbene

» scio nihil culpa in vobis esse. Nonne ipsemet

» video, vos omni industria, et affectu mihi operam

» prestare?» Huius benignitas, vel verius amicitia

erga suos famulos eo major erat, quo gravior

evadebat morbus. Ne officia non interrupta

ipsis incommodo essent, timebat. Quod insomnia sua

ipsorum quietem impediebant, agere solebat.

Cum quapiam re tempore nocturno indigeret,

submissa voce vocabat, veritus, ne in suo cubi-

culo pernoctantes excitaret. » Mi bone Tourcolle,

(sic primum inter eos qui ipsi erant a cubiculis

alloquebatur,) » te labore enecas: volo ut capias

» aerem efficiam, ut duarum horarum spacio

» tua opera carere possim.»

Facile est ex is conijcere, quo amore, ac studio

latem Principem prosequerentur ii, qui eum

moribus informabant, vel ei inserviebant. Tres men-

ses supra dimidium hic tristis rerum status duravi

Omnia vultus maxore languabant. Dies lugubres appropinquabant. Vis mali non remittebat. Mors lenta erat, ut diutius pateretur.

Sed extrema dies adveniebat. Episcopus Lemovicensis ei mortis nuncium afferre non dubitavit, simulque eum hortatus est, ut se sacra Eucharistia viatico, et extrema Unctione roboraret, «nimvero, respondit Princeps tranquillo vultu» volo » suscipere hæc sancta Sacramenta. Meam vitam » Deo immolari. Sed an Dominum Voghijonium » monuisti?»

Paulo post in Principis cubiculum Iux intravit, cum manu prehensum sic alloquitur: » Domine Moderator » Vitam meam in holocaustum Deo » obtuli.» Eodem Die sub vesperum,

Delphino ad se invisenti, Oh dilecte parens
 ait, rogo liceat per te, cras extrema Unc-
 »lione refici.» Decima sexta Martii erat,
 et hora decima matutina, qua ultima
 Sacramenta excepit. Tota aula lacrimis,
 Caelum vero lætitia cantibus resonabat.
 Principis aspectus, oris, totiusque corporis
 habitus sui abiectiōnem, et cælestium
 spirituum caritatem ardentem referebat.
 In sedentis situm se collocari curavit.
 sed sacrum oleum recepturus aliena opera
 ad removendum indusium, et caput delegendum
 uti noluit.

Manifeste viribus deficiebat; unicum ejus
 volum erat vitam producere usque ad Do-
 mini resurgentiis diem animum sacra dape
 refecturus.

Tandem ejus dolores, calamitates, virium
 defectio ad summum venerant.

Totum fere corpus plaga exata
Minimus motus, acutissimis doloribus eum,
torquebat. Subinde sine lamentis demissa voce
ajebat, » Mi Deus impertire mihi rogo te, quietem
» aliquam nam impar sum ferendo. Dies Sabbati
mane qui ejus mortem precessit exclamavit:
» Ecce me instar agni paschalis Deo immolati
Fustus nuncius, quod alter filius secundo natus
in periculosum morbum incidit, parentum
aegritudinem cumularit. Illic casus Burgundiae
Ducem solummodo de vita fratris sollicitum
percellit.

Totum Paschalis per vigiliam inter lacrimas,
et timorem transactum fuit. Lucta Principis
cum morte diuturna erat. Itaque Patrici
Desmarais e Societate Jesu, qui ei a Confessio-
nibus erat ad se vocato ait, » Mi Pater quo-
» niam ultimum a peccatis absolvendus sum, ante
» actam vitam recognoscere oportet.»

Natos suos tam singulari animi presentia,
 ac tam teneri eoque sublimi sensu exposuit,
 ut Pater non potuerit sibi imperare, quin
 affirmaret, dolere se, quod sacrum suum
 munus omnes res admiratione dignas in hac
 confessione perceptas abscondere alto silentio
 cogeret.

Hora fatalis in foribus erat. » Tempus optatum
 » advenit, (Princeps ait,) Christi in cruce pendentis
 » imaginem date mihi » ad venerandum salutis signum
 intra manus acceptum morientia labia affigit.

Sacrificium perficitur. Rebus humanis nunciu
 remittit, nec repugnanti animo.

Quamvis natura, Religione suffragante, aliquod
 Tributum Principi adhuc extorsit. Aspectum
 defigit in objectum, quod praesens non erat, et
 sive oculis quareret augustam illam Matrem,
 a qua tam teneri amata modo abstathebatur,
 sive eam imaginationi presentem haberet, ac

ce ipsa se eam videre putaret viva voce exclamavit: » ah Mater Mater! » animi se carcere liberantis ultimus conatus erat. Post hoc, amoris divini actu elicitus, in Coelum evolavit. Tertius quadrans supra horam secundam matutinam erat. Hora sexta Voghionius ad Regem Junestum nuncium jam jam afferendum expectantem se contulit. Inde transit ad Delphinum eique nunciari curavit, Ducem Bitturicensem bene valere. Paucis exprimebat omnia. Quo animo nuncium exceperint, mente quidem concipi sed verbis explicari non potest.

Interea Rex Delphinum converit, quem animo deficientem intra sua brachia sustinuit.

Post Delphinum sequuntur filii Provincia, ac Artesia comites. Reginam filia Principes praesepserant. Tota Augusta familia in eodem loco convenerant.

7

Quale Spectaculum majestatis et comiserationis
plenum! Quae sacra doloris scena! Hic sunt
parvuli Principes in lacrimas effusi. Ibi Mater
deliquum passa cujus augustus sponsus in
setta honoraria prostratus, Voghionio sinu
suo ejus caput sustentante, colore, lingua usu,
respiratione amissa, Tantam vim patiebatur,
ut nisi ea cito remisisset de ejus vita timendum
esset Regis et Reginae unica cura erat nepotibus
opem ferre, tener conjugum amor, pietas pa-
terna, et filialis, fratrum charitas, omnis na-
tura affectus se se explicabat, aggredientes simul
tot augustas personas, quae in communi consterna-
tione invicem suas lacrimas miscebant.

Hic verba mihi deficiunt, nec regia familia
statum explicando sum.

Vos huc presentes esse velim, o Galli, et vestris
usurpare oculis, quae ego verbis exponere non valeo.

Ad fores illas veneratione dignas, ubi Domini


vestri dolore contabescunt, accedite. Ibi calamita-
libus cuilibet hominum conditioni propriis mi-
nime exempti sponte propria incoles suas, ac
animi affectus nobis ante oculos ponunt.
Qui sunt erga familiam, iidem sunt etiam erga
subditos suos, qui malus Pater est bonus Rex esse
nequit. Ac quilibet Princeps, quis sacra natura
jura reveretur, omnes hominis partes metuis implet.
Tantum desiderium apud Gallos, regiamque fami-
liam novem annorum puer post se reliquit.
Ist vir mature aetatis vixit: a Throno avulsus
sed eodem dignus, ac nihil magni molitus magnus
Princeps fuit. Invidie patientia erat, denique
insius mors ea fuit, quae Sanctum decet.

FINIS. ✱

ta-
mi
c
re
a
pht
ni-
ku
gru
is

Handwritten text in a cursive script, possibly Latin or German, appearing in three faint lines on the left side of the page.

Io che di Dresda il voto,
Che pur è il voto mio, vi scorgo a canto,
Sento che il dolce incanto
Fassa rapido un tratto
Da la pupilla al cor, e mentre io miro
Nella vicina tela
Dal ferro micidial d'Atropo rea
Per l'Epidauria Dia salvo il tuo filo,
L'anima assorta allo spettacol novo
Fisa nel doppio oggetto
Libra nel sen con lo stupor l'affetto.
Lieta così se reduce
Cinto d'augusti onor
L'atteso Genitor
Rimira il figlio,




), Sente che il cor gli palpita
Tra maraviglia e amor,
Che sbigottito ancor
Senza al periglio.

Alla Serenissima Altezza
dell' Elettore.

Augusto indito figlio
Di tanta Genitrice, a cui ben deve
In quiderdon condegno
La tua Patria, il tuo Regno
Sulto in eterno cedro un simulacro,
In codesto a Te sacro
Festivo di gradisci i voti miei,
Ch' anno gli auspicij, e van superbi in Lei.

Or che alla Parca il Nume,
 Cui lo stame mortale il ciel die' in cura,
 Di questa Donna è celsa
 Feo rispettar i preziosi giorni,
 Possano ancora adorni
 Di novi mèrti, e di Nestorea forte
 Vaghi il trionfo a morte
 Negar lunga stagione, e possa ancora
 Questo, che d'Elba ai lidi
 Sul labro de' tuoi fidi
 Popoli il nome tuo suona d'intorno,
 Far lieto a Te ritorno
 Per lunga età felice,
 Onde l'egregia Madre, e laurea sposa,
 Che il ciel ti diede, e l'onorata Prole,



Ch'ei Si promette, e i figli
De' figli tuoi questa vetusta Reggia
Teco assisi pur veggia,
In cerchio Augusto al Nome suo festivo
Libar patere elette,
E di amomo odorato
Spargerle mense, e inaugurarli il Fato.

Quell'io, che all'are pronube
Ti consacrai la face
Nuncio di gioia e pace,
Oggi ritorno a Te.
Sacrarti nel fatidico
Carne quest'alma Aurora
Oggi presumo ancora
Nuncio d'amor, di fe'.

Atta Serenissima Altezza
Della Lettrice Regnante.

E Tu, che in festa, e in riso
Quest' aurora ci rendi ancor più grata,
Principessa adorata
Ben a ragion pe' tuo valor dal fido
Sposo, cui l'Elba è serva, e dai felici
Popoli à lui soggetti,
Se de i commossi affetti
Da la danza leggiadra in cui sfavilli,
Ami saper, qual fia
L'attonito suffragio, a Te ne'l chiedi,

Tu che al coro presiedi
 Di queste Ninfe elette,
 E' il più vago ornamento ognior ne sei,
 Dettarci il voto approva tu dei.

Movi pur lieta a canto
 Del tuo Fedel le schiere
 Delle tue Triadi altere
 La Reggia a rallegrar.
 Certe così del vanto
 Movean danza giuliva
 S'intia a l' Eurota in riva,
 Venere in riva al mar.

II



Ms. R 70



